



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iis, qui gratias pro acceptis beneficiis agunt: & benefactires laudare, ac
prædicare oporteat. cap. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A Peccata, partim inuoluntaria sunt, partim ab improba voluntate proficiuntur. *Fin.* Basil. in pri. non.
 gamus enim stuprum esse, de quo in iudicio disceptetur, ac duo scorta: Verum alterum leno-
 ni venditum inuitum in malo herere, atque corporis quaestum flagitioso domino prebere,
 alterum autem libidinosæ voluptatis causa seipsum sceleri mancipasse. Aliter igitur quæ
 non sponte sunt, veniam consequuntur, & aliter quæ improbo & scelerato animo gerun-
 tur, condemnantur.

Quod voluntarium non est, pœnam non meretur. Id autem in duplici genere est. *Alte-* Clemens.
 rum enim per ignorantiam fit, alterum per vim.

Si quis per ignorantiam labitur, hunc minimè æquum est pœna affici. *Is demum enim* Didymus
 supplicio affici debet, qui improba animi affectione peccat.

B Peccata ea, quæ minimè consultò ac sponte perpetrantur, cum Lex ipsa condonat, tum
 Deus dissimulat, ut qui facilis atque humanus sit, non crudelis. Vindicantur autem ea,
 quæ voluntariè admittuntur.

Non quemadmodum sponte peccare iniquum ac sceleratum est, ita etiam inuitè ac per *Philo.*
 ignorantiam peccare, statim iustum censeri debet. Verum istud medium quendam inter ius-
 titiam & iniustitiam locum tenet: quod quidem à nonnullis indifferens dici solet. Neque
 enim peccatum vllum iustitiæ opus est.

Ei, qui verum meliorum ignorantia peccat, venia impertitur. *Qui autem dedita ope-*
 ra, ac de industria in scelus prorumpit, excusatione caret, ut potè quem sua ipsius conscien-
 tia damnet.

C De iis, qui gratias pro acceptis beneficiis agunt, & quod benefactores lau-
 dare, ac prædicare oporteat. **C A P. XXIX.**



D V O B V S viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: *Iosue. 6.*
 gredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & om-
 nia quæ illius sunt, sicut iuramento firmastis. Ingressi que iuue-
 nes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratres quoque, & cun-
 ctam suppellectilem eius.

Misericordias Domini in æternum cantabo, &c. *Quid re-* Ps. 88. 115.
 tribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? &c. Si oblitus fuero tui 136.

D Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.

Prudentiæ est id quoque scire, vnde beneficium ortum sit.

Sapient. 18.

Qui reddit gratias, meminit postea: & in tempore lapsus sui inueniet fulci-
 mentum. Gratiam hominis tanquam pupillam oculi conserua.

Ecl. 3.

29.

Dixit Maria, Magnificat anima mea Dominum, &c. Et ingrediente eo in
 ciuitatem, occurrerunt ei decem viri leprosi. Et leuauerunt vocem suam, dicen-
 tes, Iesu præceptor miserere nostri. Et dixit eis, Ite, & ostendite vos sacerdotibus.
 Et cum irent, mûdati sunt. Vnus autem ex ipsis, ut vidit quia sanatus esset, regres-
 sus est cum voce magna, glorificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius,
 gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem
 mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam
 Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

Luc. 1. 17.

E In omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas in Christo Iesu.

1. Thess. 5.

Congruum enornij argumentum est, acceptorum beneficiorum commemoratio.

Basil.

Debitum ergo cum fœnore persoluamus: si tamen sat amplas opes habere reperiamur,
 ut id facere queamus.

*Nat. O-
 rat. in Cy-
 pria.*

De vindicatione: & quòd de eadem re bis pœnas exigere non liceat.

C A P. XXX.

N O N vindicabis bis in idipsum. Quid cogitatis contra Dominum? *Co-* Naum. 1.
 gitationem ipse faciet: non confurget duplex tribulatio.